



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetii, 1608**

2 Vtrumne necessarium sit accusationem in scriptis exhiberi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

utem respondetur, quod in causa sanguinis, ut illa habet iura, nequaquam possunt esse accusatores, possunt tamen denuntiare crimina, protestantes non se reuelare eiusmodi criminosos, petendo sanguinis vindictam sed vel ad obuiandum malo publico, vel ad recuperanda bona sua. Cum has enim protestatione licitum illis est, talia crimina in iudicium deferre, non solù illa que sunt contra bonum publicum, ut hæreco impietatem, & læze maiestatis, verum etiam illa quibus vel tertia persona, vel fibipris iniuria sit, vel damnum datur, ut patet in cap. Praelatis de homic. volunt. lib. 6. Ad postremum de poena talionis inferius art. 4. commodior dabitur respondendi locus.

## ARTICULVS II.

*Virum necessarium fit accusationem in scriptis exhiberi.*

Post accusandi obligationem, queritur circa accusationis formam, an debet in scriptis exhiberi? Et arguitur a part. 1. te negatiuaria. Scriptura tunc est necessaria, quando aut de præteritis loquimur, ne nobis memoria elabantur, aut loquimur ab sensibus, ad quos verba non pertingunt. Accusatio autem fit & in praesenti tempore, & ipso praesente reo. Nam ut habetur secunda quaest. 8 canon. accusatorum, nemo absens accusari potest, ergo scriptura non est necessaria. Secundo Nihilominus per denuntiationem quam per accusationem crimen panditur alienum, in denuntiatione autem nullus est libellus necessarius, ergo neque in accusatione. In contrario est Augustin. eodem cano. circa secunda quaest. 8. vbi ait. Accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto, neque absente eo quem accusare volerint, quibuslibet accusare permittatur.

Secundum est quaestio ad quam vñica conclusione affirmativa responderetur. Formula accusationis est, ut in scriptio fiat. Conclusio est juris, non solum canonici loco citato, & eadem cano & q. cano. quicquid. & mispro can. criminis verum & iuris etiam ciuilis, si accusat. si cui. Et quamvis ius naturæ

id non plane precipiat, elicetur tamē inde naturalis ratio. Est enim iudex (vt supra dictum est) medius inter duas partes, accusatorum, scilicet & reum, constitutus, qui cuncta e causam examinare debet, de qua est, sententiam prolatutus. Cum ergo ex una parte memoria, quæ lubrica est, cuncta diu verba adseruare non possit, & ex altera necessarium sit eadem usque ad definitiuanam sententiam retineri necessarium est scripturæ administriculum. Addit. qd cum accusator posse, antiquitus talionis, & nunc etiam non leui fiat obnoxius, si de calumnia fuerit reuictus, opere pretium est accusationem subscribere, quam postmodum inficias ire negeat. Ad hæc, cum accusationi adhibeatur sunt tū defensiones & exceptiones tū etiā probōnes, expediēs est, vt libelli caput occuperat accusatio. Attamen vt h̄l. Leuia. ss. de accusatio. In leuibus de plano procedētū est sine h̄mōi ceremonijs. Præterea in notis in quibus cum (vt sup. diximus) nō exceptatur accusator, neque scriptio opus est.

Ad primum igitur argumentum respō-

deretur quod scriptura accusationis non est necessaria, eo quod de præteritis inveniatur, sed vi in futurum debet salua custodir. Et id eo neque obstat accusationem fieri in presentia rei, debet enim tam reus quam accusator adesse. Vnde eadē causa & q. can. per scriptia. iuber Stephanus Papa ne vilius accusatio per scripta suscipiatur, non quod non sit in scriptis porrrigenda (vt dicitur est) sed quod non est ab abiente accusatore in scriptis mittenda, sed debet ipse comparere. Quod autem cauetur, ne reus absens accusetur, non sic stricte intelligendum est, vt non licet in eius absentia accusationem iudicii exhiberi, sed quod non est sententia condemnandus, antequam ipse praesens audiatur. Idque portissimum in causa criminali, atq. adeo omnium maximè in capitali, vt cauetur lege, Absentem. C de accusa, si autē publico praeconio vocatus noluerit comparere, sententia quidem veluti in rebellem fieri potest, postmodum vero caprus, antequam executioni mādetur, audiū debet. Secundi vero solutio facile ex dictis colligitur. In denuntiatione enim frater euangelica, quia ad vindictam non proceditur, sed tam iudex quam denuntianti soli consultat salutis fratris sine dispensio eius fama, nulla est scriptura necessaria, secus in denuntiatione iudiciali. Atq.

Secundū arg.

hanc

hanc differentiam inter denuntiationem & accusationem denotat cap. super his, de accusatione.

## ARTICVLVS III.

Vtrum accusatio per tria habeatur iniuria, qua sunt calumnia, praevaricatio, & tergiueratio.

**T**ertium quod in accusatore requiritur, est iustitia. De hac ergo queritur virum tribus his, viis corruptur, qua sunt, calumnia, praevaricatio, tergiueratio. Et arguit a parte negativa. Calumnia (vt habeat 2. l. quest. 3. canon. Si quem poenitetur) est falsa crimina scienter intendere. Contingit autem quempiam alteri calumniam extruere ignoranter, levitate tamen animi non omnino excusante, ergo vel illa contra canon. censenda est calumnia, vel quartum est viuus, quo accusatoris iustitia commaculatur.

**S**ecundo, Prævaricari (vt ibidem subditur) est vera crimina abscondere, in hoc autem non semper subest iniuria, quia nemo tenet omnia crimina detegere, ne que sua neque proximi. Tertio. Tergiuerari, est in vniuersum ab accusatione defisiere, hoc autem non semper est cum iniuria coniunctum, immo vero in initio eiudem capituli prescribitur, vt quem accusasse poenituerit, de eo quod probare non potest, si cum accusato innocentem conueniret, inuicem se absoluant. In contrarium tamen est idem textus, vbi habetur accusatorum temeritatem tribus modis detegi. Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiuerantur.

**C**onclusio ratiua. Unica Conclusio ad questionem respondetur. Tribus nominatis viis contingit accusationem viri. Conclusio est non solum iuris canonici textu citato, verum & iuris civilis, s. ad senat. consultum Turpil. seu de abolitionibus, i. accusatorum. Vnde eadem profus verba desumpti canon. Si quem poenituerit. Numerus autem horum viitorum sic colligitur. Cum accusatio in bonum commune referatur, sic tamen, ut iusta sit criminis ultio utroque pede claudicare potest accusator, videlicet aut reo fauendo, aut plus nimio reipublice sue parti laesse. In reipublicam in-

clinarat, cum reo crimen falso impongit, Est hoc est calumnari. Est enim calumnia subdola rei vexatio, per fraudem Neque vero ille tantum calumniator, et qui falso crimen imponit, verum, & qui occultum, quod iure probari non potest in dictio propalat. Nam iure quidquid idoneis testibus vel instrumentis innotescere nequit falso reputetur. Potest secundo accusator vice versa in reipublicam esse iniurius, quando in causa, est ne qui in bonum publicum delinquat, reprimitur. Et contingit duplicer. Vno modo, fraudem extruendo reipublice, nempe inclinando in fauorem rei. Et hoc est prævaricari, quo nam varicari idem est quod fecisti. Contingit autem haec prævaricatio duplicer vno modo dissimulando omnia que in eodem modo reipublice detegere tenetur, atque a deo probationes negligendo, & altero modo falsas admittendo excusationes, & exceptions. Quare prævaricatio alicui nomine dicitur collusio, quasi tunc accusator & reus simul illudant reipublice a parti laese. Quocirca hoc virium non tantum in accusatore, verum & in adiutatum, & in alios ministros, quin etiam & in iudicem solet vbius cadere. Secundo modo ei contingit accusato fauere, prius & in vniuersum (vt ait lex) ab accusatione defendendo. Et illa dicitur tergiueratio, quasi accusator terga causa veniat.

Ad primum igitur argumentum respondeatur, quod criminis impositio non clementer iure calumnia, nisi studio & consilio fiat. Nihilominus nemo debet accusator prodire, nisi prius tum certior factus sit in minis, tum etiam certam, paratamque habeat probationem. Etideo qui leuitate temere ad accusandum profligit, non etiam culpa immunis. Atamen non debet ut calumniantur, talione vel acri alio supplicio pleci sed alia leuior ea pena. Nisi fortunato errore fuerit motus, nam tunc nulla est dignus. Hæc autem omnia, prudentia in die libranda sunt, & astimanda.

Ad secundum respondetur, quod sua propria crimina nemo debet detegere, nisi reus legitime factus, a legitimo iudice clementer retrogetur. Neq. vero aliena nisi causa, quo denunciare vel accusare tenetur. Quando autem ob bonum publicum accusatur, tunc tenetur omnia detegere, que ad rem conferunt. Quare si prece, vel precio, causa